



Sequuntur

# ELOGIA CELEBERRIMORUM VIRORUM,

Quibus benevolè maestare voluerunt

Magna Merita

## MAGNI ETTMULLERI.

Illustres DNN. COLLECT. Actorum Erudit. Lips. Mens.

Jul. A. G. M. DC. LXXXV. p. m. 341. seq.



O avidius excepta à multis Opera hæc fuisse non dubitamus, quæ sub ETTMULLERI nostri nomine nuper divulgata sunt, quanto majorem is, dum viveret, æstimationem famamque sibi comparavit. Utique enim Vir fuit solidissimè, non arte tantum Medica, quam theoria & opere profitebatur, sed scientiis omnibus, quæ illi adjumento sunt, aut ornamento, doctus, miraque semper ac felicissima dexteritate, & in erudienda studiosa Medicinæ juventute, & in experimentis, quibus hæc disciplina magno hoc tempore cum fructu excolitur capiendis, & in exercenda medendi arte ægrisque ad salutem reducendis usus. Undè non Lipsiæ tantum nostræ, cui studia sua operamque consecraverat, sed orbi literato dolendum, vivis hunc Virum in ipso ætatis flore, (annum enim trigessimum nonum non excessit, die 26. Maji Ann. 1644. natus, denatus d. 13. Mart. An. C. 1683.) immaturo fato ereptum.

Magnificus Dn. D. JOH. JACOB. WEPFERUS,

Magnus ille Archiater, Patronus & Amicus

Opt. Max.

In Eruditissima sua Cicutæ Aquat. Histor. & noxis, Cap. VII,

p. m. 78. inquit:

Quamobrem Exc. D. SENNERT. de Consens. & Dissens. cap. XVI. ingenuè fatetur, non solum ex qualitatibus primis humorum differentiam & causam satis explicari posse; sed specialius & per propiores qualitates determinandam esse, quod in progressu orationis, seu Manu ductore, seu Monitore HIPPOCR. secundum hæc principia nervosè præstat: ut & Exc. D. BRUNO, dogmat. General. Med. p. 2. c. 7. 8. & 9. It. CL. Wilh. then RHYNE in mæditt. int. 24. de prisic. Med. & Exc. D. ETTMULLER Disput. in eund. text. qui videantur, ceu hujus assertionis Illustratores Eximii.

Excell. DN. D. JOH. DOLÆUS, Consil. & Archiat. Hassiac.

Amicus noster suaviss. in Encyclopæd. Med.

l. 1. c. 3. p. m. 55. b.

Inter Chirurgica commendamus hic cum Expertissimo ETTMULLERO variorum liquorum volatilium, aliorumque infusionem: sed cum id fusè prælaudatus Vir retulerit in Disp. de Chirurgia Infusoria, ejus lectionem Lectori Curioso suademus; malumus enim eò ipsum remittere, quam in transcribendo tempus terere.

Idem. Ibid. c. IV. §. 11. p. m. 61. a.

)(

Sic